

Distributionū.

gratia homo est: ergo substantia est. et species conuenit homini et non substantie: ideo si per hominem inferatur species de substantia est fallacia accidentis. ut homo est species: ergo substantia est species. Similiter hic risibile est proprium ergo homo est proprium. Horum autem que consequuntur quedam consequuntur conuersim. ut homo et risibile: alia non. ut homo et substantia. **D**icto de hoc sophismate restat dicere de isto. omnis homo est omnis homo: Probatio sortes est sortes pro est plato. et sic de aliis: ergo omnis homo est omnis homo. Et ut uult Boetius nulla propositio est uerior illa in qua idem predicatur de se ipso. sic est hic. quia omnis homo predicatur de omni homine. ergo nulla est uerior ipsa. et per consequens est uera. **I**mprobatio sua contradictoria est uera. scilicet illa. quidam homo non est omnis homo. ergo ipsa est falsa. **T**ercio ad idem. omnis homo est omnis homo: si sortes est homo. ergo sortes est omnis homo: syllogismus est in dario conclusio est falsa: ergo aliqua premissarum. non minor ergo maior. si maior est sophisma: ergo est falsum. **S**olutio prima est simpliciter falsa. et probatio peccat secundum quod non ab insufficienti enumeratione singularium. quia cum illi quod assumit dicitur sumere has a prebicti. sortes est omnis homo: pro est omnis homo et etiam istas a prebicti: omnis homo est sortes: omnis homo est plato: et ceteris quod dimittit. et sic peccat secundum quod non ab insufficienti enumeratione singularium. **A**d aliud dicitur quod ibi idem non predicatur de seipso. si predicatur omnis homo de homine sumpro pro qualibet sui parte.

Dicere per hispanus mouet quedam sophisma per ordinem circa hoc signum omnis. querens de ueritate eorum. **P**rimum est istud. omnis homo est. et quodlibet dicitur ab illo est non homo. Circa quod peccat probando. improbando. et tertio soluendo. **Q**uo

ad primum sic probatur. sophisma est una propositio copulatiua cuius utraque pars est uera. ergo totum sophisma est uerum. Quia est manifesta per legem copulatiue. antecedens probatur quod prima pars est. omnis homo est. eo quod homo uirtute regule huius posite restrigitur ad standum per plentibus terminis. Secunda pars etiam est uera. quod hoc relatiuum illo cum sit idem tatis substantie non reciproca sequitur suppositioem sui antecedentis quod supponit profuse mobiliter. ita quod scilicet eius est quodlibet ens ab omni homine differens est non homo. **I**mprobatur tamen sic omnis homo est. et quodlibet differens ab eo est non homo. si sortes est homo. ergo quodlibet differens a sorte est non homo. hec autem est copulatiua cuius una pars est falsa. **S**olutio per hispanus. improbatōnes dicitur quod peccat penes fallaciam dicitur. quod differens ab omni homine est in minus quod differens a sorte. et fundat se per. hic. in regula posita superius in tractatu de relatiuis in qua dicitur fuit quod est bona consequentia aliud ab animali. ergo aliud ab homine. si bene inspicantur dicitur ibi et in aliis locis tunc non uidetur hoc uerum. quia non est idem aliud ab animali. et aliud ab omni animali. quod est aliud ab animali. ergo aliud ab homine est argumentum ab inferiori ad superius sine a presubiectione ad totum. ut in tertio dicitur postea. si non uidetur esse sic cum dicitur aliud ab omni animali. vel differens ab omni animali quod idem est. ergo differens ab omni homine vel differens ab omni. ergo differens a sorte. quia cum dicitur differens ab omni homine. ibi homine supponit determinate uirtute illius regule. quicquid mobilitat immobilitatum. ergo non ualeat consequentia. differens ab omni homine. ergo differens a sorte. sed arguitur a particulari ad singularem sicut hic ab aliquo homine differt. ergo a sorte differt. Et simili modo non sequitur. sortes differt ab omni homine. ergo differt a seipso. quia ibi uirtualiter arguitur a particulari ad singulare. et sic committitur fallacia consequentis. quia bene ualeat consequentia. sortes currit. ergo aliquis homo currit. sed non conuertitur sic. aliquis homo currit. ergo sortes currit. **P**rimum sic fit patet. quia homine in prima propositione supponit determinate. eo quod negatio inclusa in differt. immobilitatis signum uniuersale. sicut expressis etiam colligitur ex prima regula equipollentiarum in qua dicitur quod negatio preposita signo uniuersali facit equipollere suo contradictorio. puta particulari negatiuo. licet scilicet sit si postponatur idem signo uniuersali ut manifestum est.